

Littere Sigismundi primi Regis Po-  
lonie ad Valterum Magistrum  
Cruciferorum Livonicæ.

130

Spectabilis et Magnifice Domine amice noster  
dilecte salutem et plurimam felicitatem.  
Accepimus his diebus lras à Magnificentia Vra  
quibus repetit et in memoriam reducit, fuisse u-  
trinq[ue] tempus constitutum, videlicet festum Pu-  
rificationis Sancte Marie, quo limites inter  
Magnum Ducatum nostrum Lithvanie et Di-  
tionem Magnificentie Vre atq[ue] Ordinis Livo-  
nicam revideri, distingui et stabiliri debebant,  
quo scilicet incole utrinque in pace et mutua  
benevolentia agere et vivere possent. Addit præ-  
terea non per eam neque per Commissarios ejus,  
quos jam illuc proficiscentes ex itinere revoca-  
vit stelsse, quominus negotium dictorum li-  
mitum transigeretur, sed per Senatores Lithva-  
nicos, quos ad id munus obeundum delegave-  
ramus, qui ad prædictum tempus nusquam  
comparuerant, præterea rogat, ut subjectio nos-  
tris Magni Ducatus Lithvanie publice et  
privatim imperavimus, ut à vi et injuriis tem-  
perant tantisper, dum limites revideantur et  
firmabuntur, ad extremum cupit, ut ei per  
Nuntium ejus de toto eo negotio responderemus.  
Primum omnium itaque scire velit Magnifi-  
centia Vra, Nos simul et Nostros, quos ad ead-  
em designaveramus probe meminisse temporis  
ex utriusq[ue]



ca utriusq<sup>3</sup> Nostrum sententia constituti limitid  
revidendorum. Et nihil aque concupisse, quam  
ut dissensionibus et controversiis de talibus li-  
mitibus à tot annis emergentibus debitas  
tandem finis imponeretur. Sed dum id per no-  
stros Consiliarios ad predictam diem perficere  
conaremur, intervenit tam ingens tamque in-  
tolleabile atque insperatum malum Magni  
Ducatus nostro Lithvanie, ut propositis aliis  
omnibus rebus, eidem malo resistere inevita-  
bilis necessitas nos cogit. Quod quidem ma-  
lum tametsi non dubitamus tam manifestid  
tamque famosum fuisse, ut etiam ad notiti-  
am Magnificentie Vestre et fratrum Ordinis  
eius pervenerit. Tamen quo rem apertius  
cognoscat, pauca attingemus. Continui Pa-  
dones Dominionum nostrorum Tartari prater  
omnem opinionem intempesta hyeme et sta-  
tionibus suis prosilientes magno numero in  
eundem Ducatum nostrum scilicet impulerat,  
et magna strage edita, magnaque praeda coacta  
tam celeriter rem confecerunt, ut parum ab-  
sit, quin impune transirent, sed ultus est Deus  
perfidiarum eorum. Quippe sub id tempus, quo  
negotium limitum tractandum erat, Gentes  
nostre Magni Ducatus Lithvanie jussu nro  
simul et majoris momenti esse existimantes,  
hostes persequi et ulcisci quam limites distin-  
guere, quod alio tempore fieri potest, singulari  
gratia et benignitate Omnipotentis Dei, sed ad  
hostem insequendum prouenerunt et ad secutum  
fuderunt



541  
fuderunt, ceciderunt et prostrigaverunt, multis  
captis, pluribus interfectis, prædaque omni  
recuperata. Quam quidem rem nobis tam com-  
modè cessisse, credimus quod Magnificentia  
Vra pro veteri ejus in nos benevolentia no-  
bis fauebit, tum diam secum capendet, quod  
non negligentia aliqua, sed justissimis cau-  
sis hoc negotiū revidendorum limitum ad  
tempus a Nobis constitutum non est effectū  
consecutum, nempe inter ceterorum multi-  
tudinē negotiorum, quibus nunc obruimur,  
et modo id agimus, ut tandem talibus limi-  
tibus revidendis et firmandis finis impona-  
tur, constituimusque Oratorem nostrum ist-  
huc ad Magnificentiam Vram ex Magna Duc-  
atu nostro Lithuano brevi mittere, itaque  
a Magnificentia Vestra sufferat parumper,  
qui de commodo tempore ei rei cum ea tractet  
et concludat. Postulamus itaque a Magnifi-  
centia Vestra sufferat parumper simul et con-  
tineat suos a vi quandoquidem et nos nosse  
hos continebimus, et limites inter suam et  
Nostrum Dominium sibi sola cum suis sub-  
ditis non constituat nec designet. Nam quod  
querelas suorum in interiori scheda descri-  
ptas nobis significavit, sciat non paucioribus  
querelis nostrorum etiam aures Nostras con-  
tinuè obtundi. Queruntur enim nostri, se ex  
terris suis per Officiales et Subditos Vestre  
Magnificentie extrahi, homines illorum ab-  
duci, caedes et injurias multas committi, dili-

onem Vram



dilionem nostram indico magis occupari. Non  
dubitamus, quin in toto isto negotio ita se ge-  
ret Magnificentia Vra, quemadmodum de eius  
virtute et prudentia jam pridem persuasum  
habemus, quam feliciter valere cupimus.  
Datum etc.

*(Decorative flourish)*